



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 45. Hildesheimensis controversia tandem decisa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII. riusque Religionis hominibus conde-  
 A. C. 1734. tam : Attamen rejectis eorum polli-  
 latis pro nullitate præfati matrimonii  
*Vide supra* decisum est.  
 pag. 57.

## §. XLV.

*Hildesheimensis controversia tam  
decisa.*

*Vide supra*  
 Tom. 72.  
 pag. 590.

Jam supra sæpius memoravimus, quomodo  
 inhumana rabie Lutherani Hilde-  
 sheimenses in Catholicos desævirent, dum  
 Benedictini ex Monasterio S. Gerardi  
 consuetam supplicationem per localem  
 jurisdictioni subiecta deducebant. In-  
 tegrum ferme septennium hæc illi  
 tenuit, & quamvis tam Inimicus  
 quam ejus Senatus Cæsareo-  
 cruenti hujus tumultus Auctores, po-  
 pote pacis publicæ, ac Religions Ca-  
 tholicæ perturbatores promeritis pe-  
 nis esse plectendos decrevisset, hæc  
 tamen sententiæ executionem Luthera-  
 rani identidem interpositis Protestan-  
 tium deprecationibus, solitisque argu-  
 mentiis eludebant: tandem vero, æqui-  
 sima hac causa læsæ partis restitue-  
 tionem deposcente, Imperator Eleonor  
 Moguntino & Guelpherbitano Duces,  
 quibus hujus causæ discussionem commis-  
 miserat, injunxit, ut Catholicis plene  
 satisfieri curarent. Ad horum igitur



ca. XVIII.  
A. C. 1734

relationem discussis denuo causæ meritis die vigesima prima Novembris hoc anno Imperator sententiam promulgari iussit, vi cuius decretum, ut omnes, qui effrænata sua licentia non modo Catholicorum supplicationem, & Religionis exercitium, sed ipsam adeo tranquillitatem publicam tam proterve turbarent, ad aliorum terrorem, per plures annos ad publicos labores damnarentur, alii vero magis petulantes in perpetuum, alii vero ad tempus pro culpæ modo in exilium amandarentur; unus vero ex præcipuis seditionis Auctoribus in pegmate ad populi ludibrium expositus, & ceu infamis declaratus, triginta fustibus male mulctaretur, ac demum patria extorris expelleretur: Pauci ex captivis erant, qui præstito juramento suam innocentiam vindicare poterant. Denique Hildesheimensis Senatus ad solvendas litis & Cæsareæ commissionis expensas solus, sine Catholicorum concursu, condemnatus est. Hanc poenam mitigari, & Dæriorem Consulem Officio suo restitui petebat Magistratus: ast die decima Februarii per Imperialis Consilii decretum iussus est, latam in reos sententiam intra triduum ad amissim exequi, & majorem, quam hactenus fecisset, curam adhibere, ne

*Hist. Eccles. Tom. LXXIV. Ccc de*



Sæc. XVIII,  
A. C. 1734

deinceps ejusmodi tumultus concitarentur. Sic tandem Hildesienfes Lutherani insatiabilem Catholici crucifitum, atque immodicum sectæ ardorem restinguebant, luculentorantix ab ipsis adeo decantata, peris placet, monumento.

§. XLXVI.

*Ferrariensis tumultus*

Quamvis fervente bello Italico Cæmens XII. totus in eo esset, nullius Belligerantis Principis singulariter adoptare videretur, tamen Hispanis Gallisque magno Cæsari addictum foveret animi spicionem haud declinare poterat, quod his intra ditiones Pontificiam nonam, aliaque belli subsidia, vis potius majoris mali metu, animi affectu, suppeditasset, & Cardinali Cienfuegos petitam frumentum pro Cæsareis coemendi facultatem negasset. Augebatur insuper horum parum sinistri erga Cæsarem animi spicio ex gravi tumultu in Ferrariditione exorto. Res ita accidit: Cæsarei milites sæpius in hunc Ducatum irruerunt, varia ad victum sequorum pabulum necessaria inde deporturi. Hæc ubi resciverat Pæpæ Lep